



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CDLXXXII. Ein Ablassbrief des Bischofs Arnold für die heilige Leichnamsgilde in der Neustadt Brandenburg, am 22. Febr. 1476.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

omnium ad refecandum et exterminandum a nostre civitatis Brandeborgh clero fomitem diffensionis studium et operam adhibuimus et per presentes adhibemus efficacem pariter et fructuosam. Enim vero cum inter se dudum contentiones et rixe varie in distributionibus in memoriis, in locis et sessionibus in choro et processionibus ac aliis sint exorte, ad quas sedandum ordinavimus et perpetuis futuris temporibus irrefragabiliter servandum statuimus et auctoritate nostra ordinaria ordinamus Primum et ante omnia, quia, ut per manifestum claruit, tunc cottidiane in distributionibus fiendis contentiones ipse et rixe orte fuerant, quidam eorum conducticios sive officiantes in memoriis vicariorum sive altaristarum eo, quod eorum suppleant vices, debere participare fenserunt, alii autem reluctantes, quod *) oppositum tenuere, Ideo ad has precavendum, quia videlicet memorie ab altaristis solum denominationem receperunt, Volumus ut de cetero solum inter vicarios et altaristas distributio fieri debebit nec amplius conducticii sive officiantes de eorum memoriis debeant falliari. Rursum ut oculata docuit experientia, tunc aliqui hujusmodi congregatorum in vigiliis et missis decantandis segnes et insolentes se reddere ita quod aliqui aliunde confabulando, alii in cimiterio moram trahendo, alii collationando, qui etiam proximi quoad aditus ecclesie in mansione apparent, non tempestive sed quandoque post nocturnam quandoque modicum prius, quandoque vero tardius se ad interessendum vigiliis ac missis presentant, Ideo ut honor hujusmodi congregatorum magis observetur, ordinamus, quod quilibet qui post Venite in vigiliis venerit, et in missa post kyrie eleyson, in duobus denariis punietur et sic consequenter pro quolibet nocturno in vigiliis consimilem penam sustinebit, quod etiam de missa si post epistolam aut ewangelium venerit, intelligendum arbitramur. Ceterum si qui vicariorum in negotiis nostris ecclesie vel altaristarum hujusmodi fuerint impediti, et qui infra septa civitatis gravi aut iminenti fuerint infirmitate, hii equales cum aliis recipiant portiones. Preterea ne ex transitu in processionibus nec non in sessionibus in ecclesia aut aliis inter vicarios aut altaristas rixe aut gwerre aliquatenus oriantur, decernimus senioratum eorum ratione sacerdotii et non ratione acceptationis beneficii servandum fore, nisi forte fuerit alicuius preeminentis status aut dignitatis ut puta decretorum baccalarius aut artium magister vel super majori promotione vel dignitate fulcitus; hic enim iuxta status sui preeminentiam et dignitatis excellentiam cum senioribus locum obtinebit. Demum volumus, ut et jam dudum observatum est, quod nemo beneficiatus de pertinentiis altaristarum participabit, quousque in presbiterum fuerit ordinatus. Nulli ergo omnino hominum liceat hujusmodi nostras ordinationes et constitutiones infringere aut eis ausu temerario contraire. Alioquin contra transgressores hujusmodi, prout de ivre poterimus, rigidius procedemus. In cujus rei evidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in castro nostro Seieser Anno a nativitate domini M^o. CCCC^o. septuagesimo quinto, feria quinta post dominicam Invocavit etc.

Nach dem Original.

CDLXXXII. Ein Ablassbrief des Bischofs Arnold für die heilige Leichnamsgilde in der Neustadt Brandenburg, vom 22. Febr. 1476.

Arnoldus, dei et apostolice sedis gratia episcopus Brandeburgensis, universis etc. salutem etc. Transiens de mundo ad patrem salvator noster Jhesus Christus, quamquam jam omnia subiecisset pedibus, adhuc immensam ac exuberantem suam caritatem et liberalitatem exhibuit, omnem exce-

*) Diese Abbreivatur giebt Zincke durch eorum?

dendo modum donationis, instituit summum ac magnificum sui corporis et sanguinis sacramentum, sese ipsum in eam tribuendo, dicens discipulis et eorum successoribus: Accipite et comedite, hoc est enim corpus meum. Hoc facite in meam commemorationem. Memoriale stupendum ac super omnia pretiosum, in quo a malo retrahimur, in bono confortamur et ad virtutum et gratiarum proficimus incrementa. Hac consideratione inducti bone memorie predecessores nostri, Brandeburgenfes episcopi, Guldam seu fraternitatem ac altaris in honorem ejusdem dominici corporis erecti fundationem, in ecclesia parochiali nove civitatis Brandeborgh juste ac legitime institutam, prout in eorundem nostrorum predecesso- rum literis desuper datis plene continetur, auctoritate ordinaria approbarunt et confirmarunt. Quare cum nobis, ut itidem facere dignaremur, per provifores seu magistros dicte Gulde extulit humiliter supplicatum, nos eorum supplicibus devotisque precibus plurimum faventes nostrorum predecesso- rum vesti- giis inherentes pontificali, qua in hac parte fungimur, auctoritate dictam Guldam seu fraternitatem, altaris ac misse in honorem gloriosi corporis et sanguinis erectionem, fundationem et ordinationem dei nomine his scriptis approbamus, ratificamus et confirmamus. Omnibus Christi fidelibus penitentibus confessis et contritis, qui processioni, cum magnificum illud sacramentum ad altare defertur, aut misse officio, quo nostre redemptionis grata recensetur memoria, aut processioni, cum idem venerabile sacramentum in so- litum locum deportatur aut deponitur, (interfuerint,) aut qui de bonis sibi gratuite a deo collatis pias elemosinas et grata caritatis subsidia pro cereis, casula, calice, ciborio ac ceteris ejusdem altaris et Gulde ornamentis et clenodiis porrexerint aut erogaverint, de omnipotentis dei misericordia ac injuncte nobis thesauri militantis ecclesie dispensationis officio confisi, XL dies indulgentiarum de injunctis peni- tentiis in domino misericorditer relaxamus, attendentesque humanam sensualitatem ab adolescentia viri proclivem ad malum adeo quod pene contra naturam est, quem esse sine peccato, sacro attestante elo- quio: Quis est hic? et laudabimus eum, oportet nos diem districti examinis et tremendi judicii operibus et orationibus sanctis et devotis assidue prevenire et eternorum intuitu feminare in terris, quod pre- stante domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in coelis. Ut denique populus Christianus deo devotus devotior fiat, omnibus vere confessis et contritis, qui in eadem ecclesia parochiali nove civitatis Brandeborgh coram aliquo ejusdem ecclesie altari devote dixerint in memoriam quinque vulnerum Christi quinquae Pater Noster et Ave Maria cum symbolo apostolico, de quolibet ejusdem al- taris patrono et particulis inibi inclusis aut sub elevatione venerabilis sacramenti, cum cantatur versicu- lus: O adoranda Trinitas, ter orationes dominicas in honorem sancte et individue Trinitatis sub eni- gmate tunc nobis mortalibus apparentis, aut sub cantu laudabilis antiphone: Alma redemptoris mater, que consuevit in eadem ecclesia decantari singulis dominicis diebus, facto circuito, devote dixerint duodecies salutationem angelicam, septem ingentia gaudia ejusdem gloriose domine et quinque acerrimos dolores, quos de filio suo dulcissimo sustulit, devote recolendo, de ejusdem omnipotentis dei misericordia, que, canente prophetica cithara, est super omnia opera ejus, confisi totidem dies indulgentiarum de injunctis penitentibus in domino relaxamus. Ceterum si qui reverendorum patrum dominorum archiepiscoporum aut episcoporum orthodoxe fidei ad prefatam Guldam et missam corporis Christi indulgentias in antea largiti sunt aut in futurum duxerint largiendas, easdem ratificamus et approbamus per presentes nostras literas, quas in fidem et robor omnium premisso- rum nostri sigilli justimus appensione communiri. Datum in castro nostro Seyeffar feria quinta, ipso die kathedre Petri Antiochie, Anno MCCCCLXX.

Nach dem Originale.